



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

B. Annæ Christi Servatoris Nostri Aviae Maternæ

Cuperus, Laurentius

Antverpiae, 1591

Peroratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45194

*In lib. de
S. Anna.*

Christum inhabitata , vbi, vt scribit Conradus Vuimpina, post mortem S. Iacobi Minoris per inuidiam Iudeorum (maximi enim motus persecutionum in Christianos tunc facti sunt Hierosolymis) cum aliis quibusdam Christi discipulis in quadam rate sine cibo & potu & sine remige emissæ in mare , vt inedia vel naufragio perirent, tandem ad has Stoegchades sani omnes & incolumes appulerunt. Locum hunc orationi & contemplationi amicum & aptum videntes oratorium & domicilium post annunciatum genti Euangelium construxerunt, & ad eos varij conuenientes populi ciuitatulam constituerunt, quam Maris-villam appellauerunt. Ceterum an illic vtraque obierit Maria , postmodumque Maria Iacobi ad oppidum Verulas in Italia translatum, & Maria Salome Hierosolymam asportata sit , quia apud probatum scriptorem nondum inueni, nec affirmare, nec negare possum . Transeamus ergo ad Iacobi Minoris fratres Simonem & Iudam . Hi duo Apostoli vbi, & quo tempore passi sunt, quoniam in huius libelli capite decimo per occasionem disputacionis à nobis est satis demonstratum, hoc loco repetere superuacaneum foret.


Peroratio.

ATQUE HÆC de Sanctissima matrona Diuina Anna & filia eius Deipara, totaque cognatione

tione sanctæ matris Annæ, breuiter scripsimus ad laudem Dei omnipotentis, qui pro his & omnibus alijs per Beatam Annam, filiamq; eius gloriosam Virginem, totamque sobolem eius, humano generi collatis beneficijs, sit benedictus in æuum. Amen.

Neque ego me clarius doceri feram indignè
sici bi à recepta opinione, & dogmatisbus mag-
norum virorum temere discessi, quam obrem
minia quæ in hac sunt opella nostra, fa-
cros sanctæ Apostolicæ Catholicæ
Romanæ Ecclesiæ iudicio, &
doctrinorum censu-
ræ subiecta
sunto.

FINIS.

*Anno-*